



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 90. Ferrariensis Cardinalis in Conclavi ad Papatum adspirans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XC.

Sæcul. XVI.

*Ferrariensis Cardinalis in Conclavi  
ad Papatum adspirans.*

Enimvero justis de more Julio perso-  
latis numero triginta sèptem Car-  
dinales tum Romæ agentes sacris co-  
mitiis initium fecere, portisque pro  
veteri more obstructis Ascanio Corneo,  
seu de Cornia Romanæ urbis Regimen  
tradiderunt, frustra obluctantibus Ro-  
manis Proceribus, qui hoc sibi jus com-  
petere contendebant.

Cum autem Cæsarei, ac Galli Car-  
dinales, qui inter se diffidebant, brevi  
animadverterent, quod ad summum Pon-  
tificem ex eorum sententia eligendum  
in præsenti conclavi numero inferiores  
essent, hinc Ferrariensem Cardinalem  
ad sua studia pertrahere nitebantur, (\*)  
huic.

(\*) Continuator Cæsareos æque, ac Gal-  
los Cardinales Ferrariensi Cardinali suffraga-  
tos esse affirmat ex Pallavicino, qui tamen id  
solis Gallis adscribit his verbis: *In comitiis*  
*vires Gallorum spem fecerant ascendendi Fer-*  
*ariensi Cardinali, ipsorum antesignano, cui*  
*& ob familiæ potentiam, & ob animi dotes alii*  
*fautores non deerant, quapropter Cæsariani,*  
*studentes ab hoc discrimine se subducere, ad*  
*eiusmodi Purpuratum oculos converterunt, cui*  
*plausus communis faveret, adeoque facilis esset*  
*ascensus, talis Cervinus erat.*

**Sæcul. XVI.** huicque, cum Pontificatum ambiret  
 A.C. 1555. (\*) spem faciebant, quod illum in su-  
 premium Ecclesiæ caput eligere vellent,  
 quamvis id nunquam in mente habui-  
 sent (\*\*) Attamen Cæsar illis,  
 quos sibi adhærere noverat, Cardina-  
 lem S. Floræ commendabat, simulque  
 Mantuani, & Tridentini merita datis  
 literis plurimum deprædicabat, suam-  
 que erga utrumque Cardinalem existi-  
 mationem verbis amplissimis testaba-  
 tur. Verum cum interea Ferrarensis  
 Cardinalis sibi fautores conciliare stu-  
 deret, Mantuanus Cardinali S. Floræ  
 præsentē Cardinale Tridentino expone-  
 bat, quod Ferrarensi, cum ipsi sanguine  
 junctus esset, suo suffragio accedere  
 velit. Ea res Cardinalem S. Floræ eo  
 magis commovebat, quo magis perti-  
 naci silentio Tridentinus mentem suam  
 celabat; tandem vero Tridentinus, ut  
 Mantuanum a suo proposito dimoveret,

eidem

---

(\*) Rursus Continuator Ferrarensem ac-  
 cusat, quod ipsus Papatum ambierit, cum ta-  
 men Pallavicinus referat, quod Galli, spem  
 Ferrarensis sustinuerint, eoquod hic Cervino,  
 quem Cæfarei eligendum censebant, plurimum  
 aduersaretur.

(\*\*) Hæc igitur dolosa simulatio imputari  
 nequit Cæfareis Cardinalibus, qui non alium,  
 quam Marcellum eligi cupiebant.

eidem significabat, quod sententiam Cæ-Sæc. XVI.  
fari sibi menti tantopere adversam conci- A.C. 1555.  
pere vereretur: ast Mantuanus ad hæc  
duntaxat respondit: „plurimum sane  
„mihi debet Cæsar, eoquod illius com-  
„moda tam ardenter procurare stu-  
„deam:,, hoc responsum Cardinalis  
S. Floræ dissimulanter ferens, discessit,  
moxque Lottinum Amicum suum in-  
visens eidem totam nuperi colloquii se-  
riem exposuit: hi igitur diu delibera-  
bant circa media, quæ in hac rerum  
vicissitudine magis essent opportuna,  
tandemque concludebant, prævenien-  
dum esse Cardinalem Mantuanum, eo-  
quod tantopere Cæsar's partibus ad-  
hæreret. Attamen non adeo certa, ut  
non pauci existimabant, erat Ferrarien-  
sis Cardinalis spes; quin imo potius  
ex adverso affirmari potuit, quod is a  
Pontificatu vix non certe fuerit exclu-  
sus; quippe eorum nonnulli, qui in eundem,  
ne res suas deteriores redderent,  
sua suffragia conferre pollicebantur, post-  
ea disertis verbis S. R. E. Camerario  
Cardinali sponderunt, quod Ferrarien-  
sis electioni aperte obliuctari vellent,  
quamprimum de illo eligendo serio agi  
animadverterent. Ampliorem spem ha-  
bebat Mantuanus Cardinalis; extra om-  
nem enim dubii aleam erat positum,  
quod, si Ferrariensis unacum tota sua  
factio-

**Sæcul. XVI.** factio Gallica , cuius ipse caput erat,  
**A.C. 1555** ad Mantuanum accessisset, istius electio  
 haud amplius impediri potuisset, atque  
 exinde grave Cæsari præjudicium  
 fuisset natum. Porro quid ad ejusmodi  
 judicium Gallis ansam præbuerit, per-  
 cipiamus.

In præcedentibus Purpuratorum  
 comitiis Mantuanus Cardinalis Im-  
 peratori complacendi studio abruptus  
 Ferrarensi suum suffragium dare recu-  
 fabat, in præfenti autem Conclavi pa-  
 lam profitebatur, quod eidem suffra-  
 gari velit; quamvis enim optime sci-  
 ret, quod ipse Ferrarensis in Gallia-  
 rum Regis aula primi Ministri officio  
 fungeretur, nihilominus sat vero simile  
 est, quod potius ex indignatione in Cæ-  
 sarem concepta, quam ex sincero erga  
 Cardinalem Ferrarensem affectu suam  
 mutaverit sententiam. Hæc suspicio  
 exinde ortum trahit, eoque Carolus V.  
 paulo ante Ferdinandum Gonzagam  
 Mantuani Cardinalis fratrem offendit,  
 cum ei Mediolani administrationem  
 ademerit: Insuper constabat, quod to-  
 tius anni prioris decursu frequenter Fer-  
 raria Mantuam Cursores ultro, citro-  
 que fuerint ablegati: unde suspicio in-  
 valescebat, quod ambo hi Principes de  
 secreto quodam foedere inter se ineundo  
 agerent: Porro Cæsaris rebus oppido

ad-

adversum fuisset, si Galliarum Rex duos **Sæcul. XVI.**  
 Principes adeo potentes in Longobar- **A.C. 1555.**  
 dia ad suas partes pertraheret, ac vel  
 Cardinalis Mantuanus, vel Ferrarien-  
 sis in Papam eligeretur, quorum uter-  
 que Gallis faveret.

## §. XCI.

*Actum de Cardinale S. Crucis in Pa-  
pam eligendo.*

**H**is rationibus permotus Cardinalis *Pallav. l. c.*  
*Camerarius Gallorum factio*ni ce-*ep*, *Princi-*  
*dere statuit: ut igitur utriusque Car-*<sup>pum vol.</sup>  
*dinalis Mantuani, ac Ferrariensis fau-*  
*tore*s ab eorum sententia dimoveret,  
*Sanctacrucium Cardinalem Galliæ Re-*  
*gis amicitia, atque amicorum numero*  
*potentem eligendum proposuit. Hic*  
*idem Cardinalis a Paulo III, qui Prin-*  
*cipis S. Floræ Avi sui frater erat, Col-*  
*legio Cardinalium accensebat: hunc*  
*itaque in Papam eligere consultius cen-*  
*sebat, quam in ceteros duos Mantua-*  
*num, & Ferrariensem conspirare, quam-*  
*vis eorum alter Cæsari minus acceptus*  
*foret, eoquod Ferdinandus Gorzaga*  
*Mantuani Cardinalis frater, cùm adhuc*  
*Mediolanensem urbem regeret, omnia*  
*hujus Ducatus loca minus munita satis*  
*explorata habere*nt, & Ferrariensis quo-  
*que Dux, cùm pecuniis abundans ur-*  
*bes oppido munitas, ac Mediolanensi*  
*Duca-*